

selbst einen *ipso iure* auf ihn übergehenden rechtlichen Besitz zugehen:  
stehen:

*Schilter exercit. XV. §. 17. \**)

*Brunnemann comment. ad L. 23. D.  
de acq. vel amit. poss. n. 7. \*\*\*)*

*\*) Ex his iam liquet, quam verum sit, moribus Teutonicis possessionem hereditatis ipso iure transferri ad heredes ab intestato, civilem scilicet, sive insistentiam potestativam, etiam absque corporali adprehensione: itemque quam recte omnino atque prudenter hanc genuinam patrii iuris regulam contra iuris Romani placitum urget Carpzovius decis. 225.*

*\*\*) N. 7. — Ex dictis apparet, non esse absurdam distinctionem inter possessionem iuris et facti, vel potius inter ius possidendi, et actua- lem possessionis apprehensionem: illud enim ius ad heredem transit — Sed quid, si creditor iam antea occupasset bona defuncti, et mandatum manutentionis impetrasset, an heres restituendus? affirmat hoc Carpzovius p. 11. dec. 225. licet enim heres non sit in possessione, ius tamen habet nanciscendi possessionem.*